



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ioannes de Lizarazu, Charquensis n. 19 [i. e. 20]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Scholaſticis noſtriſ honestiſſimiſ. A meridiſ Collegium inuiſiſt, nunquam paſſus per Vribem à latere ſuo P. Reclorem abſcedere. Speſta- culum ſane tam ingratum Hæreticiſ, quam Catholičiſ iucundum. Et ad viroſ nobiles, ceteroſque Vrbis Magiſtratus, qui eum adſecta- bantur conuerſuſ; Iſti, inquit, ſunt Paſtres Societatiſ, à quibus mores, & litteraſ hauiſſe me fateor, quoruſ industria ac labore ciuitateſ Galliæ noſtræ viriſ pijs muniuntur, ac doctiſ. Et multa eiuſmodi, que ſine rubore, neque tunc à noſtriſ audieban- tur, neque nunc à nobiſ referti poſſunt. Ita in Annal. Soc. ann. 1602, fol. 382.*

*Quoruſ  
induſtria,  
ac labore  
ciuitateſ  
viriſ pijs, ac  
doctiſ mu-  
niuntur.*

*Erga eos  
Diferini li-  
beraliſtas.*

19. A GISSENO DIFERINO, Consule Senatus Bergensis, qui strenue in fundationem Collegij noſtri ſemper incubuit: & cum in Collegij fundamentis non nemo diceret, excedi terminos, Consul ipſe respondiffe fertur, Iſto in ædificio nullos ſibi præfixos limites, & ſi qui forent, modum ſe excogitaturum transgrediendi, cum probe ſciret quanta Vrbis, agrique Bergenſis in Societatem iam tum eſſet obligatio. Sic ille apud Imag. I. ſec. Soc. lib. 6. fol. 758.

*Societaſ  
Catholičiſ  
fidem, he-  
roicis, &  
frugiferis  
laboribuſ in  
Paraquaria  
propagauit.*

20. \* A IOANNĒ DE LIZARAZV, Regio Conciliario, & Regij Senatus Argentini in Peruuo digniſſimo Preſide, in Edicto, menſe Iulio anni 1636. promulgato in hæc verba. Quoniam Ma- iestas Regis Domini noſtri (quem Deus ſeruet) plurimiſ ſchedulis iuſſit, & ſanciuit; vt Indi huius Orbis indigenæ protegantur, & defendantur in cauſis, quaꝝ ſe ſe illiſ offe- runt: & quoniam singulari ratione conuenit id fieri, & ob- ſeruari in Indiſ recens conuerſiſ ad noſtram ſanctam fidem Catholicam, quam quidem ſacra Religio Societatiſ IESV, heroicis ac frugiferis laborib⁹, propagauit in Prouinciis Paraquaria, & in oppidiſ S. Ignatij, & Itapuano: in flumi- niſ Paranensi, Vrugayensi, & Iabebirino, & in Prouin- cia Itatinorum, quoruſ protectionis, ac defenſionis ratio habenda eſt, quia cum benigne tractati fuerint indemnes, & illæſi, facilius, & firmius quidquid ad ſuam conuerſio- nem pertinet ſint amplexuri. Quapropter cum mihi plane comper-

comptum sit, quod admodum RR. PP. Prouinciales è Societate IESV in supradictis Prouincijs, vt homines, quorum officium est dirigere & promouere quod magis principale est, scient etiam quod spectat, & attinet ad augmentum, conseruationem & pacem illorum Indorum, scient, inquam, optime prouidere quidquid opus erit, vt illi Indi habeantur, & tractentur tanquam subiecti, & Vassalli Vestræ Maiestatis, iure Regio, & communis legum præsidio communiti. Quod cum ita sit, vtendo potestate mihi concessa, nomine in protectionem Indorum Paranensis, Vruguayensium, labebinorum, & Itatinorum, quorum Prouinciae concreditæ sunt Societati IESV, eiusdem Prouinciales, &c. Hæc Iudex integerrimus in Memor. ad Philipp. IV. pro Prov. Paraq. Matrit. typis edit. in Lite cum D. Fr. Bern. de Card. fol. 50.

*Ad Indo-  
rum harum  
Regionum  
patroci-  
nium ex  
petitur.*

21. \* AB ANDREA GARAVITO DE LEON Senatore Regio Peruano in Aureo illo suo Memoriali ad Regem nostrum Philip. IV. magnum, & Catholicum: Episcopatus (inquit, num. 31.) Boniaris, & Paraquariæ tenuissimi redditus sunt, sed dilatati admodum terrarum tractibus, & personarum multitudine: oporteretque pro ijs Episcopatibus præsentare Religiosos Societatis IESV, Viros in Indijs verè Apostolicos, & vt legibus cauetur Imperialibus, ad hoc ministerium compulsi, reluctantesque eligendi sunt. Eos V. Maiestas Pontifici præsenteret, & fideles inueniet, & Regijs Utileitatibus opportunos: parum illos litigia distinebunt, saepius à vanitate deriuata: multo minus illi improbitatibus obtemperabunt, quæ tanto perniciosiores timendæ sunt, quanto à Viris Primarijs plus fouentur. Et postea num. 32. Primum (inquit) fidei fructum in Prouincijs Paraquariæ Martyrium P. Rochi Gonzalez & Sociorum è Societate IESV dedit: quæ tantorum Martyrum irrigatae sanguine circumiacentes agros fœcundarunt, vt omnia retro tempora sterilitate laborasse vi-

*Et ad Epis-  
copatus.*

*Eius filij  
vere Apo-  
stolici viri.*

*Paraqua-  
riam suo  
sanguine  
irrigarunt.*

Zz dean-